FLORA.

№ 38.

Regensburg. 14. October. **1858.**

Inhalt: Original-Abhandlung. Lönnroth, Descriptiones generum specierumque lichenum — Literatur. Torrey et Asa Gray, Repertor the botany of the expedition from the Mississippi to the Pacific ocean. — Berichtigungen. Druckfehler.

Descriptiones generum specierumque lichenum, quas novas invenit vel limitibus novis determinavit K. J. Lönnroth, Philosophiae Doctor Upsaliensis.

Rinodina sulphurea n. sp.

Char. Thallus crustaceus, uniformis, cartilagineus, sulphureus, fusco-nigro-marginatus, dense areolatus, areolulis planis l. subverrucaeformiter convexis; apothecia minima, impresso-innata, nigra, opaca, areolae margine annuliformi, excipuli thallodis depressi instar, circumdata; sporae 7—8-nae, uniseptatae, biscoctiformes, olivaceo-fuscae, tandem fuliginosae, 0,012—0,0175 m. m. longae, 0,006—0,0065 m. m. latae.

Habit. in rupibus graniticis Galliae borealis ad oppidum Viram (in Normandia), ubi inventa est a Clar. A. Pelvet.

Descr. Thallus tenuis, areolis compositus diametro superficiali $^1/_8$—$^1/_4$ millimetri aequantibus; areolae fertiles paullo majores sunt, annulos efficientes, qui excipulum thallode depressum circa apotheciorum discum rotundum, diametro $^1/_8$—$^1/_6$ m. m. longo, simulant. Asci clavati. — Minutie omnium partium (sporis multo majoribus exceptis) et crusta uniformi a *Rinodina oreina* Mass. Ricerch., cui fere concolor est, bene distincta. Maculas parvas semiunciales, primo obtutu flavo-viridulas efficit.

Pachyphiale n. gen.

Char. Thallus heteromericus (crustaceus); apothecia primo clausa, deinde poro dehiscentia et discothalamica, nuda, excipulata,

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0639-2

regularia, exstipitata, (biatorina); paraphyses (longae), laxae, facile liberatae, capilliformes; asci magni, polyspori; sporae septatae (fusiformes), incoloratae.

Nomen a παχύς (crassus) et φιάλη (cupula) derivatum formam spectat apotheciorum. Genus inter *Biatorellam* D N t r s. (Giornal. Bot. Ital. 1846) et *Gyalectam* K ö r b. Syst. Lich. Germ. medium ad hanc se habet ut *Sychnogonia* K ö r b. l. c. ad *Segestriam* F r. Syst. Orb. Veg. (Segestrellam K ö r b. l. c.). Una tantum ejus species mihi cognita est, quae nominetur

P. corticola n. sp.

C h a r. Crusta tenuissima, effusa, macularis, albida, cinerascens; apothecia minima, sessilia, crasse cupulaeformia, arcte urceolata, fulva, margine obtusissimo; sporae elongatae fusiformes napiformesve, utrinque acuminatae l. longe cuspidatae, (3—)7-septatae, 0,02—0,033 m. m. longae, 0,003—4 m. m. latae.

H a b i t. in cortice quercuum ad pedem montis Gottsundensis prope Upsaliam in Suecia, ubi rarissime nascens a me anno 18 2 inventa est.

D e s c r. Crusta hypothallo indistincto enata, membranaceo-macularis, opaca, paullum pruinosa. Apothecia sparsa, diametro horizontali, 0,2 m. m. longo, crassa, rotunda, aequalia, primo tuberculiformia, clausa, subhemisphaerica, deinde poro pertusa, postremo medio coarctato-urceolata, apotheciis Gyalectae cupularis quoad formam simillima. Discus satis expansus crassitudinem excipuli concoloris aequat; delapsus excipulum cupulaeforme et cartilagineum relinquit evacuatum et expallens. Paraphyses hyalinae. Asci circiter 24—32-spori, juniores clavati, maturi oblongo-sarcati, sporis referti viridulo-fulventes. Sporae subhyalinae interdum sunt curvatae. — Habitus hujus lichenis formae juvenili et subcrustaceae *Bacidiae luteolae* similis est.

Bacidia fraxinea n. sp.

C h a r. Crusta uniformis, subcartilaginea, glauca, contigua l. pulvinato-areolulata, areolulis plano-convexis, saepe margine laxis et liberis et suborenato-effiguratis l. coarctatis et verrucaeformibus; apothecia sessilia, e carneo-pallido dilute helvola (postremo fusco-obscurescentia), juniora cupularia, adulta crasse disciformia l. pulvinato-convexa, margine crasso, obtusissimo, saepius albido-pruinoso, postremo evanescenti; sporae 6—8-nae, hyalino-flavellae, aciculari-baculiformes, 3—7-septatae, 0,043—0,075 m. m. longae, 0,0018 m. m. latae.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0640-3

Habitat cortici vetusto *Fraxini excelsioris* adfixa in Gallia et Helvetia (secundum specimina in herbario Ach. servata et *Lecideae luteolae* immixta), etiam in Gotlandia, ubi passim frequenter nascitur et omnem *Bacidiam luteolam* excludere videtur.

Descr. Crusta effusa, saepe. si tenuior est et membranaceo-macularis, qualis in cortice sicciore invenitur, albido-pruinosa, vel si in cortice saepius humectato crescit, ubi magis obesa et pulvinata evadit, viridulo-cinerascens, plerumque vero, ut in forma typica, glauca, magis minusve cartilaginea, laevis l. rugulosa, semper glabra, nunquam coccodes neque granulata; si in areolulas pulvinariformes evolvitur, eae tamen sunt humiles et tenues. Apothecia excipulo crasso, typice disciformia, margine discum aequanti; si turgida sunt, discus semper est pulvinatus et rugulosus marginem revolvens (nec, ut apud *Bacidiam rosellam*, regulariter subhemisphaerico-convexus, nec acute marginatus); eorum magnitudo est mediocris, juniorum diameter horizontalis quartam partem millimetri, adultorum saepe millimetrum aequat. Hypothecium crassiusculum, subhelvolo-carneum. Paraphyses pallidae, massam striatam, hyalino-flavellam, ubique unicolorem, efficiunt, basi liberae sunt et filiformes, apice cohaerent. Sporae apice obtusiusculae et crassiores, ad basin longissime attenuatae et acutissimae. — Haec species insignis optimus est typus et, quasi centrum generis *Bacidiae*, cujus species inter se arctius conjungit. Apotheciorum colore et habitu medium inter *Bacid. luteolam* et *Bacid. acerinam**) tenet locum; illa tamen apotheciis minoribus, magis fulvis excipulo (quamvis crassiusculo) tenuiore, magis cupulaeformi, crusta denique mox granulata; haec apotheciis magis carneis, postremo saturatius et spadiceo coloratis, excipulo tenuiore et acutiore, sporis multoties crassioribus differt. Excipulum colore est *B. rosellae*, crusta habitu *B. inundatam* quodammodo refert, licet rubustior sit et aliter colorata

Scolicosporum tenerum n. sp.

Char. Crusta uniformis, membranaceo-tartarea, cinerascenti-albida, contigua; apothecia minima, sessilia, plana (l. concaviuscula), nigricantia, humectata versicolora, margine angustissimo, acuto, suberecto, humili, subnigro, persistenti; sporae 6—8-nae, subhyalinae,

*) *Bacidiae* generis est species illa, quae a Persoonio *Lichen acerinus* (fide speciminum Persoonii in herb. Ach. servat.), ab Ach. *Lecidea arceutina*, a Th. Fries *Biatora polychroa* nominata est.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0641-9

aciculares, maturae 7-septato-8-loculares; 0,03—0,038 m. m. longae, 0,0015—19 m. m. latae.

Habit. in terra nuda arenaria silvae prope pagum Westringe in paroecia Gotlandiae Ethelhem, ubi parce enatum a me anno 1858 inventum est.

Descr. Crusta effusa, tenuis, scabrida, opaca; apothecia regularia, sparsa, diametro horizontali $^1/_7$—$^1/_{10}$ m. m. aequantia, ceracea, disco, si humectatus est, carneolo-rufescenti l. sublivido, excipulo discum paullum superanti l. subaequanti, hypothecio pallido; paraphyses paucae, cohaerentes, crasse filiformes, hyalinae, apice nodoso-clavato-incrassatae et subrufescentes; asci parvi, angusti, oblongo-clavati, sporas eximie subulares, septis subobsoletis includentes. — Minutie apotheciorum numquam turgescentium et loco natali a congenericis facile dignoscitur.

Invitus hanc speciem *Scoliciosporum* appellabam, quum hoc genus vix nisi forte sporis in ascis spiraliter tortis (num character constans?) a *Bacidiis* discerni possit.

Tomnia cervina n. sp.

Char. Thallus cartilagineus, cervinus l. livido-fusculus, glebuloso-squamulosus, squamulis aggregatis, turgescentibus, laevigatis; apothecia parvula, nigra, tota adnata l. subinnata, plana l. convexiuscula, anguste marginata; sporae 6—8-nae hyalino-flavellae, 3-septato 4-blastae, oblongo-cylindricae l. subdactyloideae, utrinque obtusissimae, 0,0135—0,0175 m. m. longae, 0,0028—0,0038 m. m. latae.

Habit. passim in saxis calcariis Gotlandiae humilibus et horizontalibus e terra planitierum paullo prominentibus, *Lecothecii corallinoidis* comes, interdum super muscos vicinos adscendens; etiam in Franconia superiore ad Rabensteiner Thale, ubi a Clar. Arnold inventa est (sec. specimina in museo Monachensi servata).

Descr. Hypothallus spongiosus et e sordide albido ravo-cinerascens, a parte infima nigrescens, crescendo efficiens, ut thalli squamulae exstent glebaeformes. Hae $^1/_2$—1 m. m. crassae diametro superficiali 1—2 m. m. aequant, compositae imaginem praebent crustae gleboso-diffractae; primitus sunt planiusculae, mox vero turgescunt et subcrenate l. angulate effigurantur vel, si evolutio normalis impedita est, in verrucas coarctantur, senio cinerascentes l. expallescentes

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0642-5

(hoc statu habitum *Lichenis aromatici* Turn. Engl. Bot. 1777 *) prae se ferunt, semper vero sunt politae et vix rugulosae). Apothecia subrotunda l. paullum angulata, opaca, habitu tenuia, thallo tota innato-affixa, hypothecio crassiusculo, fuscoatro l. atro, carbonaceo, in strato medullari albo l. pallido demerso instructa et margine (postremo evanescenti) prominentia diametro horizontali $^1/_3$—$^1/_2$ m. m. aequant, in singulis areolis plerumque plura aggregata l. confluentia. Thecium intus cinereum. Paraphyses crassiusculae, distinctae, apice obscure fusco-olivaceae, vix incrassatae. Asci oblongo-clavati. Sporae supra medium interdum paullo crassiores.

Biatora cartilaginea n. sp.

Char. Crusta uniformis, effusa, membranaceo-macularis, magis minusve granulato-rugulosa, viridulo-cinerascens; apothecia sessilia, cartilaginea, anguste marginata (l. immarginata), discoidea l. convexa, fusca; sporae 7—8-nae, subhyalinae, elongate ovoideo-oblongae, uniloculares, 0,01—0,0135 m. m. longae, 0,0035—0,0048 m. m. latae.

Habit. in muscis putridis prope radices pinorum silvarum circa Upsaliam et in paroecia Gotlandiae Wange, ubi terra substrata est silaceo-arenaria. Numquam mihi obviam fuit in regionibus calcariis, ubi *Biatora Berengeriana* et *Biatora atrofusca* indigenae sunt.

Descr. Hypothallus indistinctus l. pallidus. Apothecia parvula subtenuia, opaca, primo subfusca l. fuscula, conspicue et erecto-marginata, margine angusto, acutiusculo, interdum, quam discus est, pallidiore; deinde, quum satis evoluta sunt, tota fusca (humectata saepius roseo-fusca), plana, margine subobsoleto discoidea, l. hoc revoluto convexa (vix hemisphaerica), interdum, sed rarius, inaequalia et rugulosa, postremo fusco-nigrescentia. Asci clavato-cylindrici. Paraphyses paucae, subcohaerentes, tenerrimae, anguste filiformes, hyalinae, apice fusco-fulventes. Sporae in ascis saepius uniseriales et oblique dispositae, oleo impletae, altera parte angustatae et acutiusculae. — Haec species, quae hucusque nomine collectivo *Biatorae sanguineo-atrae* usa est, certissime non est *Lichen sanguineo-ater* Wulf. in Jacq. Coll. et ab omnibus formis *Biatorae vernalis* (Leci-

*) Hujus speciei, quae ab Achario *Lecidea aromatica*, a Massal. *Toninia* appellata in Hepp. Fl. Eur. Nro. 283. exhibita est, specimina Turneriana vidi in herbario Ach., quae descriptioni Mass. optime respondent et sporis longioribus, altera parte angustatis, crustae habitu alio mea specaei haud parum differunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0643-1

dens Ach. oper.), quacum ab illustrissimo Körbero in operee ommemorato mihi videtur esse conjuncta, apotheciorum colore et margine primitus erecto facile dignosci potest. *Biatora castanea* Hepp. Fl. Eur. Nro. 270, peraffinis quidem, apotheciis tamen majoribus crassioribusque, habitu denique alio species exstat ab hac satis distincta. *Biatora Berengeriana* Mass. Ricerch., cujus apothecia colore utuntur haud dissimili, propter crustam subcartilagineam et squamulis membranaceis, minimis, subeffiguratis contextam non minus a *B. cartilaginea*, quam a *B. castanea* longe discedit. *Biat. atrofusca* Hepp. l. c. Nro. 268 denique crusta non viridula, laevi, apotheciis nigris, saepius nitidis, typice crasse marginatis et majoribus, sporis elongato-ellipsoideis, utrinque aequalibus et obtusissimis, saepius uniseptatis differt.

Vix nisi colore vago excipuli genera *Biatora* et *Lecidea* Mass. Ricerch. dignosci possunt; quamobrem non sine dubitatione illud nomen meae speciei attribuebam.

Lecidea Pitensis n. sp.

Char. Thallus vitellino-ochraceus, e squamulis parvis, crustaceis, subglebulaeformibus, rugulosis, crenato-effiguratis compositus; apothecia parva, nigra, thallo impressa, plana, anguste l. obsolete marginata; sporae 6—8-nae, uniloculares, subhyalinae, ovoideae, 0,008—0,0098 m. m. longae, 0,0045—0,0055 m. m. latae.

Habit. inter muscos in terra nuda, strato humi tenuissimo, e muscis putrefactis orto, obtecta ad Tidjak in Lapponia Pitensi (unde nomen hujus speciei) sitam, ubi ab amicissimo Candidato S. O. Lindberg anno 1856 inventa est, caespitulos semiunciales l. unciales efficiens.

Descr. Thalli squamulae gibbulae vel inter se liberae et aggregatae vel in granulas subeffiguratas, subcohaerentes coarctatae, crustam subcontiguam compositione mentientes. Apothecia diametrum superficialem $^1/_8$—$^1/_4$ m. m. longam praebentia, interdum confluentia excipulo cincta sunt acutiusculo, discum paullo superanti l. subaequanti, subcupulari, i. e. in hypothecium ambitu crassius nigrum, subtus tenuissime nigricans, intus sub thecio stratum cinereum (subhymeniale Nyland. oper.) efficiens, in strato thalli medullari immersum continuato. Paraphyses cohaerentes, crassae, apice clavato-incrassatae, massam coeruleam superne atro-coeruleam efficiunt. Asci obovoideo-clavati, parvi. — Species valde insignis est, quae etiam generi

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0644-7

Körb. *Lecideae* adscribenda, loco natali et crustae colore figuraque a congenericis mox dignoscitur.

Rhodocarpon n. gen

Char. Thallus foliaceus l. squamaceus, ex hypothallo spongioso, a parte infima e ravo obscurescenti, crescendo turgescenti, matrici laxius adfixo enatus; apothecia thallo inclusa, minima, perithecio indistincto*), amphithecio hyalino, albido (l. rarissime extus nigrescenti), nucleo roseo l. vitellino l. subcinnabarino; paraphyses pror-

*) Hic mihi liceat quaedam disputare, quae ad theoriam attinent compositionis fructus lichenum angiocarporum. Haud enim dubito, quin lichenologi et veteres et hodierni nonnihil errent de eo, quod perithecium l. excipulum vocant. Hoc nomine tum quod amphithecium alias nominatum est, tum velamen ejus significatum esse volunt. Quod enim apud *Verrucariam nigrescentem* appellatum est perithecium non pars est fructus ei analoga, quae hoc nomine utitur apud *Acrocordiam conoideam*, neque „perithecium" generis *Pichothecii* Mass. Miscell. idem est ac perithecium generis *Microtheliae* l. c. vel *Polyblastiae sericeae* Mass. Symm. Si vero placet involucrum nuclei intimum et asciferum *Acrocordiarum* et *Pertusariarum* amphithecium, ut Cel. Körb. visum est, appellari, eodem nomine distingui debet id quod perithecium vel excipulum clausum l. globosum ab eo dictum est (Körb. Syst. Lich. Germ. p. 330). Neque „excipulum" generis *Stigmatommatis* Körb. intelligi potest simplex esse, quum apud *Sphaeromphalen* ejusd. prorsus eadem forma integumenti fructus (Conf. *Sphaer. elegantem* et *Stigm. clopimum*) immo etiam integumentum tenuius (*Sphaer. fissae*) „excipulum duplex" esse enuntiatur. Multa quoque alia in hac re dicta non mihi consentanea videntur, quae tamen impraesenti mihi sint omittenda, ut sententiam meam explicem. Perithecium igitur, quo nomine utar, quoniam in eo omnes consentiunt, ut integumentum nuclei exterius et nigrum apud *Acrocordias* exprimatur, apud lichenes thallo juste instructos numquam integrum est nec obtectum, semper vero dimidiatum l. ostioliforme semperque simplex et nudum, quod nihil aliud est atque ea pars thalli, quae fructum superne tegit et saepe colore consistentiaque mutata est. Magnitudo et color et consistentia ejus apud eandem saepe speciem pro aetate, pro crassitudine thalli valde variant, qui quo crassior est, eo magis apothecia includuntur perithecium que diminuitur et thallo magis concolor est. Amphithecium vero, quod mihi est integumentum nuclei interius, semper integrum est (vertice tamen saepissime porifero) et perithecio, quamvis saepe tenuissimo, semper obtectum, numquam nudum, in ostiolo autem cum strato corticali perithecii contiguum et in id continuatum, sicut hypothecium in margine disci in excipuli stratum corticale continuatur. Ne igitur credas, amphithecium cupuliforme, ut saepius hypothecium juvenile, vel continuationem esse marginis perithecii operculiformis eoque partem modo esse inferiorem „perithecii integri": facile enim videbis „perithecii partem superiorem," nucleo impositam, crassitudine nonnihil superare „amphithecium" basin nuclei ambiens, marginemque illius patentem latera hujus fugere. Amphithecium saepe totum albidum vel hyalinum est, interdum tenuitate maxima (v. c. *Arthopyreniarum*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0645-3

sus obliteratae, massam gelatinosam, hyalinam efficientes; asci sporas 6—8-nas uniloculares (l. pseudo biloculares), subhyalinas et pellucidas includentes.

Syn. *Endocarpon* Mass. Ricerche, = conjuncta *Endocarpon* et *Placidium* Mass. Symm., = conjuncta *Endocarpon* et *Endopyrenium* Körb. Syst. L. Germ.

Descr. Hypothallus crassus, cellulosus. Thallus peltatus l. squamaeformis l. subcrustaceo-dermatodes, lobatus l. margine repandus, saepe hypothallo crescente turgidus et subglebaeformis, squamis l. matrici totis affixis et adpressis l. foliaceis et margine liberis (saepe undulatis imbricatisve), vel peltaeformibus, umbilico hypothallinico (gompho Auct.) matrici adnatis. Spermogonia intus ex albo subfusca l. fusca, membrana sphaerica plerumque alba rarissime (apud *Rh. compactum*, = *Placidium* Mass. Miscell.) nigrescenti cincta, apotheciorum magnitudinem fere aequantia, in squamis (plerumque minoribus) sterilibus l. marginem versus squamarum fertilium extra apotheciorum frequentiam habitantia, apice ostiolo depresso notata, basi in strato thalli medullari l. in hypothallo demersa. Apothecia sphaerica, in thallo demersa, primitus semper submersa et prorsus clausa, deinde saepius apice thallum perforantia et ostiolum punctiforme l. papillaeforme, interdum obscurescens (numquam nigrum) exhibentia. Amphithecium crassiusculum, dermatode; nucleus senio secalinus l. fusco-nigrescens. Asci plerumque oblongi vel anguste clavati, frequentes, basibus radiantes. Sporae plerumque parvulae, satis evolutae oleo subhyalino prorsus impletae, episporio vetusto paullum olivaceo-obscurescenti.

Quum genus *Endocarpon* Hedw. Stirp. Crypt. certe neutiquam

---

et *Pertusariarum*); saepe vero, praesertim si crassius est, extus mox coloratur immo etiam nigrescit („perithecium integrum" *V. nigrescentis*) vel superne tantum colore mutatur, basi diutius manente incolorata („perith. dimidiatum" apud apothecia juniora *V. plumbeae*, *Placidii compacti*). Si ex albido obscurescit, vertex semper prior, basis posterior colorem mutat. Saepe perithecio concolor est („perith. integrum" *Tichotheciorum*, *Polyblastiarum*); saepe vero etiam perithecio discolor et nucleo colorato subconcolor („perith. dimidiat." et „nucleus basi nudus" apud *Verr. rupestrem* Schrad. Spic.! et Hepp. Fl Eur. Nro. 224.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0646-9

hoc genus spectet (vide infra), nomen hujus nimis diu usurpatum mihi videbatur esse mutandum. Quod ad limites inter illa genera Mass. et Körberi, quae in unum conjunxi, attinet, mihi liceat admonere, nullos, si rerum natura consulitur, characteres constantes inveniri posse, qui ea sejungant. Natura thalli *Rhodocarpi miniati* et *Rh. rufescentis* et *Rh. daedalei* prorsus eadem est: eadem enim ejus et exterior et interior structura*), idem lusus variationis formae (peltatae l. complicatae l. revolutae), eadem denique spongiositas hypothalli, quamvis sit apud *Rh. miniatum* paullo durius compacta et subcartilaginea. Spermogonia vero *Endocarporum* Körb. l. c., quae auctor ille illustrissimus in opere commemorato nuntiat esse rariora quam *Endocarporum* ejusd., ipse vidi aeque esse vulgaria et frequen-

*) Omnia *Rhodocarpa* eodem jure phylloblastica haberi possunt: omnia enim margine magis minusve libera et squamacea sunt, quamvis complura *Ptacidia* matrici latius sint adfixa. Omnia quoque prothallum habent durabilem nec evanescentem (conf his contraria judicia Clar. Körb. l. c. pag. 99 et 323). Stratum enim omnium medullare tum fibrillis protothallinicis subhyalinis, tum cellulis rotundatis et magis conglutinatis contextum est ita, ut fibrillae eo uberiores et cellulae rotundatae eo rariores sint, quo magis a matrice sunt remotae. Hoc stratum sensim in hypothallum transit, qui nihil aliud est ac pars ejus infima magis obscurata et subcorticalis. Color vero obscurus cellulis illis parvis et non fibrillaeformibus adscribendus est Sensim enim membrana illarum e viridulo-fusco obscurescit, quo fit, ut stratum medullare infimum sursum e ravo obscurescat, dum postremo color obscurus magnam partem ejus occupat Proinde gomphus *Rh. miniati* postremum intus est totus fusco-niger, sicut paene totum stratum medullare *Rh. compacti* vetusti. Quod vero ad metamorphosin ejus eorum strati attinet, vidi apud hanc speciem fibrillas subhyalinas l. viridulas apicibus ramiferas esse et interseptis magis magisque densis in cellulas breviores et crassiores dividi et constricto-articulari, has vero cellulas membrana crassiore, magis gelatinosa, saepe olivacea indui et ultimas rotundas gelatina communi parca cum vicinis cellulis in textum fuscum connecti. Idem fere apud *Rh. miniatum* observari potest, licet ramificationes fibrillarum et membranae cellularum rotundarum prae gelatina connectenti uberiore minus distincte eluceant Quibus rebus mihi satis est persuasum, cellulas illas obscuratas divisione fibrillarum ortas esse ex eoque intelligi posse, quare stratum infimum hypothallinum et maxime obscuratum fibrillis fere careat. Addendum denique est, stratum album magisque fibrillosum, si crusta fissa nudatum est, cellulis obscurioribus in rimulis evolutis postremo obtectum videri. Protothalli igitur fibrillae in cellulas transformatae et recentiores iis in gompho l. in hypothallo inclusae brevi oculos fugiunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0647-4

ter evoluta, sed in thallis sterilibus.*) Postremo monendum est, *Rh. rufescens* (Rabenh. exs. Nr. 5, quae forma est Achariana) et *Rh compactum* inter se omnibus partibus magis esse dissimilia, quamvis in eodem genere conjuncta, quam sunt inter se illa species et *Rh. miniati* forma complicata, quas diversis generibus adscripserunt lichenologi illi celeberrimi. *Placidium* (= Endopyrenium) igitur et *Endocarpon* Auct. ne habitu quidem differunt.

Endocarpon gen. restit.

Char. Thallus foliaceus l. crustaceus, effiguratus l. uniformis: apothecia immersa l. protuberantia, perithecio ostioliformi, l. subdistincto, amphithecio extus magis minusve obscurescenti praedita; paraphyses subobliteratae, gelatinosae; asci sporas 1—3-nas, magnas, muriformi-polyblastas, postremo fusco-obscuratas, opacas foventes.

Syn. *Endocarpon* Hed. Stirp. Crypt.**), = conjuncta genera *Dermatocarpon* Mass. Mem. et *Sphaeromphale* Mass. Geneac. et *Stigmatomma* Körb. l. c.

Descr. Hypothallus parcus, si nudatur, fusco-nigrescit, quod videri licet in margine thalli, si is matrici affixus est; thallus adultus saepius fuscus l. brunneus l. cervinus et nigrescens (rarius et vix typice pallidus). Apothecia in thallo ipso l. in protuberantiis ejus immersa et typice oculato-umbilicata. Perithecium vix umquam nigrum, primitus thallo concolor l. saturate coloratum, postremo fusco-obscurescens. Asci teneri, parvuli. Sporae elongatae ellipsoideae l. clavato-ovoideae, forma paullum vaga, magis minusve tuberculatae (ex inclusis blastidiis turgescentibus). Inter series blastidiorum transversales, plerumque regulares et rectas, vix nisi in medio sporae interseptum justum, rarius tria distincta elucent. Episporium postremo opacum.

(Finis sequetur.)

---

*) Hoc mihi licuit observare apud specimina Gottlandica *Rh hepatici*, *daedalei*, *compacti*.

**) Hedwig suum genus descripsit his solummodo verbis: „Thalamus fructificationis intra substantiam plantae ipsius; thecae e membranula tenerrima clavatae, di-tetrasporae", quae hoc genus optime, sed nullo pacto *Rhodocarpon* exprimunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0648-0

Thyrea sp. jur. 92. Tilia glabra 716. Timmia bavarica 780. Tofieldia borealis 120. calyculata 56. Tolypothrix lanata et Wartmannianna 782. Toninia cervina 614*. Torilis helvetica 119. Tozzia alpina 162. Trichostomum crispulum 664 rigidum 50. tophaceum 664. Trichothecium sp jur 701. Trientalis europaea 55. Trifolium incarnatum 718. pratense 641. spadiceum 118. Trollius europaeus 716. Tromera sp. jur. 508. Trypethelium uberinoides 391.

Ulmus effusa 120. Ulota crispa 50. Ulothrix subtilissima 731*. Uncinia longispica 650*. Urceolaria macrophthalma 489*. sp. jur. 330. Usnea sp. jur. 101. Ustilago Candollei 391. Utricularia minor 33. vulgaris 36.

Valerianella 762. carinata 119. Vaucheria dichotoma 730. Verbascum phoeniceum 119. 710. Veronica Buxbaumii 110. hederifolia 119. prostrata 148. Verrucaria calciseda 423. confluens 433. Flotoviana 406. fusca 302*. geminella 381. glauca 406. Grimselana 408. Hoffmanni 435. limitata 433. maculiformis 303. sp jur. 536. submersa 406. viridula 495. Vicia angustifolia 118. Faba 718. lutea 53. Vinca minor 710. Viola Beckwithii 622*- odorata 681. stagnina 118. tricolor 145. Vitis vinifera apyrena 607.

Wehera nutans 50. Willemetia apargioides 54.

Zannichellia palustris 720. Zeora sp. jur. 324.

VI. Abbildungen.

Tafel I. zu S. 33. Fig 1—3 Monströse Birnen 4. 5. Utricularia minor. 6—11. Keimpflanze von Bunium creticum. 12. Corydalis cava. Erklärung S. 42.

Taf. II. zu S. 65 Fig. 1- 2, Umbildung der männlichen Blüthen von Salix cinerea zu Zwitterbl. 3. 4. Uebergang der Wirtel eines Sommerstengels von Equisetum Telmateja in eine zusammenhängende Spiralwindung. Erklärung im Texte.

Taf. III. zu S. 257. Entstehung der Fortpflanzungszellen von Bartramia pomiformis. Erklärung S. 260.

Taf. IV. zu S. 345. Durchschnitte einiger nordsalzburg'schen Torflager. Erklärung im Texte.

Taf. V. zu S. 563. Befruchtung von Crocus vernus. Erklärung S. 573.

Taf. VI. zu S. 579. Zoosporen von Chroolepus. Erklärung S. 589.

VII. Berichtigungen.

Seite 8. Z. 23. v. o. statt bestätigt lies beseitigt.
„ 10. Z. 15. v. o. statt Markstrahlen der Wurzelrinde lies Markstrahlen und der Wurzelrinde.
„ 10. Z. 12. v. u. statt der Wurzeln lies oder Wurzeln.
„ 11. Z. 25. v. o. statt es wurde daher dafür gesorgt lies es wurde dafür gesorgt.
„ 115. Z. 5. v. u. statt Stereocauleas l. Stereocauleos.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0828-0

Seite 116. Z. 24. v. o. statt voluimus lies valuimus.
„ 129. im Titel statt Umgegend lies Umgebung.
„ 130. Z. 22. v. o. statt vorigen Jahres l. gegenwärtigen Jahres (R. pseudo-Idaeus.)
„ 131. Z. 15. v. u. setze ein: , nach spitz (R. plicatus.)
„ (Ibid.) Z. 9. v. u. statt lanzett-blattartigen l. lanzettlich-blattartigen (id.)
„ 132. Z. 15. v. u. statt eiförmig l. rundlich eiförmig. (R. canaliculatus.)
„ 133. Z. 7. v. o. streiche das: , zwischen weissfilzig und behaart (II. Discolores.)
„ 134. Z. 16. v. o. statt verkehrt-eiförmig l. verkehrt ei-keilförmig (R. flaccidus.)
„ (Ibid.) Z. 21. v. o. statt disjungirten l. distanzirten (id.)
„ (Ibid.) Z. 8. v. u. statt Nro. II. panic. composita l. id. II. panic. composita (id.)
„ (Ibid.) letztes Wort statt oder l. oben (id.)
„ 135. Z. 18. v. u. statt die oberen weissfilzig l. die oberen fast weissfilzig (R. macroacanthus.)
„ (Ibid.) Z. 10. v. u. statt des Rienwaldes l. des Bienwaldes (id.)
„ 136. Z. 15. v. u. streiche das: , zwischen breiteiförmig und rundlich (R. argenteus.)
„ 137. Z. 6. v. o. statt dichten l. lichten (R. anomalus.)
„ (Ibid.) Z. 22. v. o. statt der kleinen l. dem kleinen (R. tomentosus.)
„ (Idid.) Z. 8. v. u. statt Gattung l. Abtheilung (III. Sylvatici.)
„ 138. Z. 10. v. o. streiche das: , zwischen dünn und weichhaarig (R. piletostachys.)
„ (Ibid.) Z. 14 v. o. statt von 3- und 2-blüthigen l. aus 3- und 2-blüthigen (id.)
„ 139. Z. 8. v. u. statt zugespitzt l. gespitzt. (R. nemoralis.)
„ (Ibid.) Z. 5 v. u. statt dichten l. lichten (id.)
„ 140. Z. 5. v. o. statt dichthaarig l. lichthaarig (id.)
„ (Ibid.) Z. 10. v. o. statt kegelförmig l. kugelförmig (id.)
„ 149. Z. 15. v. u. statt mit, oder Anhängseln l. mit oder ohne Anhängseln (IV. Spectabiles.)
„ (Ibid.) Z. 4. v. u. statt nur zerstreut l. nur sehr zerstreut (R. vestitus.)
„ 154. Z. 5. v. o. statt Rispe in den Achseln eines oder zwei 3theiliger Blätter und mit einem einfachen, dreilappigen, ziemlich entfernt stehenden, mehrblüthigen Aestchen beginnend . . . lies Rispe mit, in den Achseln eines oder zwei 3theiliger Blätter und eines einfachen, dreilappigen, ziemlich entferntstehenden, mehrblüthigen Aestchen, beginnend . . . (R. fissipetalus.)
„ (Ibid.) Z. 19. v. u. setze ein: , zwischen ganz und scharfzugespitzt (R. uncinatus.)
„ (Ibid.) Z. 17. v. u. statt weissfilzig l. weichfilzig. (id.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0829-8

Seite 155. Z. 16. v. u. statt Rub. germ. Nro. 89. l. Rub. germ. Nr. 39. (R. Radula.)

„ 156. Z. 16 v. u. streiche das: zwischen verkehrt-eiförmig und ablang. (R. cerinostylus.)

„ 165. Z. 3. v. o. zwischen gezähnt, — und oben: zerstreut rauhhaarig, — setze oben zerstreut behaart, unten kurz weichhaarig, grün, die obersten grauf. — Blüthenast mit rückwärts geneigten oder schwach gebogenen Stacheln, häufigen, feinen Drüsen und dichten, abstehenden Haaren besetzt. — Blätter gedreit mit langgestielten Seitenblättchen, rundlich eiförmig, an der Basis deutlich ausgerandet, gespitzt und ungleich eingeschnitten gezähnt ... (R. emarginatus.)

„ (Ibid.) Z. 4. v. o. statt die oberen etwas l. die oberen oft etwas (id.)

„ 166. Z. 10. v. o. statt gewöhnlich zwischen l. gewöhnlich stark zwischen (R. apricus.)

„ (Ibid.) Z. 4. und 3. v. u. statt verkehrt-eiförmigen, zugespitzten am Grunde herzförmig ausgerandeten l. verkehrteiförmigem, zugespitztem, am Grunde herzförmig ausgerandetem (R. Güntheri.)

„ (Ibid.) Z. 2. v. u. streiche das:, zwischen ausgeschweift und ungleich (id.)

„ 167. Z. 5. v. o. streiche das:, zwischen verkehrteiförmig und ablang.

„ 168. Z. 11. v. o. statt aus l. in (R. condensatus.)

„ (Ibid.) Z. 11. v. u. statt borstigen l. borstlichen (R. calliphyllus.)

„ 170. Z. 19. v. d. statt aus langen l. mit langen. (R. elegans.)

„ 171. Z. 16. v. u. statt tief aufrecht l. steif aufrecht (R. echinatus.)

„ 172. Z. 13. v. u. streiche das:, zwischen zusammengezogen und eng bespitzt (R. Bellardi.)

„ 173. Z. 10. v. o. statt lange l. ziemlich lange. (R. tereticaulis.)

„ (Ibid.) Z. 19. v. o. statt einzigen l. einzelnen (id.)

„ (Ibid.) Z. 4. v. u. statt mit schmalen l. mit schmalem (R. fragariaeflorus.)

„ 174. Z. 8. v. o. statt bis aus l. bis obenaus. (id.)

„ (Ibid.) Z. 14. v. o. statt zurückgeschlagen l. kaum zurückgebogen. (id.)

„ 179. Z. 12. v. o. statt gebogener l. gebrochener (R. carneistylus.)

„ (Ibid.) Z. 14. v. o. streiche das:, zwischen achselständigen und unteren (id.)

„ (Ibid.) Z. 12. v. u. streiche das:, zwischen grünlich und graufilzig (R. roseiflorus.)

„ (Ibid.) Z. 10. v. u. statt ei-rautenförmig l. klein, verkehrt-eiförmig (id.)

„ 180. Z. 9. v. o. streiche das, zwischen aschgrau und weichfilzig (R. cuspidatus.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0830-9

Seite (Ibid.) Z. 12. v. u. statt mit gekrümmten l. mit stark gekrümmten (R. rupestris).
„ 181. Z. 11. v. u. statt weisfilzigen l. weichfilzigen (R. deltoideus).
„ 182. Z. 1. v. o. statt und zerstreuten l. und mit zerstreuten (id.)
„ (Ibid.) Z. 14. v. o. streiche das :, zwischen kurz und filzhaarig (R. fasciculatus).
„ 183. Z. 29. v. u. streiche das :, zwischen schmal ablangen und mittleren (R. caesio-Idaeus.)
„ (Ibid.) Z. 10. v. u. streiche das :, zwischen graulich grün und weichfilzig (id.)
„ 184. Z. 9. v. o. statt scheint nur l. scheint mir (Bemerkungen (Nro 1.)
„ (Ibid.) Z. 2. und 1. v. u. statt Herb. rhen. l. Herb. Rub. rhen. (id. Nro. 7.)
„ 185. Z. 4. v. o. statt Valée l. Vallée (id. Nro. 8.)
„ (Ibid. Z. 15. v. o. statt Hollandrei l. Holandrei. (id. Nro. 9.)
„ 185. Z. 2. v. u. statt Herren l. 4.
„ 187. Z. 17. v. u. statt Prof. l. Referenten.
„ (Ibid.) Z. 12 v. u. statt 1108. l. 2208.
„ 188. Z. 20. v. u. statt 1802 l. 1832.
„ 257. Z. 16. 13. 11. 7. 1. v. u.
„ 258. Z. 3. v. o.
„ 260. Z. 19. v. o. } statt apilen, apile. l. axilen, axile,
„ 275. Z. 24. v. o. statt vor l. von.
„ 277. Z. 13. v. o. statt fällen l. füllen.
„ 285. Z. 17. v. u. statt denselben l. derselben.
„ 293. Z. 13. v. o. statt eine l. keine.
„ 302. Z. 4. v. o. statt wis l. wie.
„ 346. Z. 1. v. u. statt Betten l. Letten.
„ 350. Z. 14. v. o. statt Aberser l. Abersee.
„ 352. Z. 5. v. v. statt Weningunging l. Weningunzing.
„ 372. Z. 9. und 10. v. u. soll es heissen: Hier scheint also die Hochmoor-Vegetation unmittelbar auf Waldresten enstanden zu sein.
„ 530—562 steht fälschlich als Paginatur 230—262.
„ 608. Z. 9. v. o. statt subglebaeformis, squamis l. subglebaeformis plerumque compositus squamis etc.
„ 619. Z. 10. v. o. statt Endocarporum l. Endopyreniorum.
„ 619. Z. 2. v. u. l. fibrillae vel in cellulas transformatae, vel in gompho etc.
„ 628. Z. 30. v. v. statt Juvenius l. Juvencus.
„ 628. Z. 37. v. o. statt nudo l. nuda.
„ 631. Z. 33. v. o. zwischen die Worte „intercedens“ und „Nyl.“ setze Verrucaria.
„ 631. Z. 34. v. o. zwischen die Worte „verrucosa“ und „Ach.“ setze Pyrenula.
„ 633. Z. 3. v. o. streiche das Wort „vero.“
„ 634. Z. 3. v. o. nach nigricanti setae praeditus.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0831-5

Seite 634. Z. 29. v. o. l. 0,03—0,0375 m. m. longae, 0,009—0,0117 m. m. latas.
„ 634. Z. 2. v. u. l. 0,036—0,045. m. m. longas, 0,012—0,015 m. m. latas.
„ 635. Z. 1. v. o. statt 242. l. 244.
„ 635. Z. 6. v. o. statt 244. l. 242.
„ 646. Z. 6. v. u. schalte zwischen die Worte squamis und brevissime ein: lato-ovatis obtusis, inferioribus tantum.
„ 648. Z. 14. v. o. schalte zwischen die Worte „apicem" nnd „munitis" ein: clausis, eligulatis, nervosis; spicis.
„ 707. Z. 8. v. o. statt wie l. weil.
„ 769. Z. 1. v. o. statt Endgruben l. Erdgruben.
„ 709. Z. 6. v. o. und weiterhin statt Bentz-See l. Beetz-See
„ 709. Z. 9. v. o. statt 1—2′ Höhe l. 1—2″ Höhe.
„ 709. Z. 9. v. u. statt Dachtower l. Dechtower-Damm.
„ 710. Z. 15. v. u. statt Stieze l. Nietze.
„ 711. Z. 16. v. o. statt Brendower l. Bredower.
„ 711. Z. 15. v. o. tilge den Punkt nach Jägerhause und statt Hingegen setze hingegen.
„ 711. Z. 3. v. o. statt Parron l. Perron.
„ 716. Z. 8. v. o. statt Hülle l. Hölle.
„ 722. Z. 16. v. o. statt Hipurideen l. Hippurideen.
„ 722. Z. 2. v. u. schalte hinter Verbenaceen (als zwanzigste Familie) ein: Plumbagineen.

Besondere Beilage: Seite 10. Z. 1. v. u. statt L. et L. l. L. et Lg.
„ 18. Z. 6. v. o. statt angeblich l. vergeblich.
„ 20. Z. 2. v. o. statt graveolens l. suaveolens.

Redacteur und Verleger: Dr. Fürnrohr. Druck von F. Neubauer.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0832-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1858

Band/Volume: 41

Autor(en)/Author(s): Lönnroth J

Artikel/Article: Descriptiones generum specierumque lichenum quas novas invenit vel limitibus novis determinavit K. 611-620